

*In uno Spiritu omnes nos in unum corpus  
baptizati sumus.*

Léctio Epístolæ primæ beāti Pauli apóstoli  
ad Corínthios

12, 3b-7. 12-13

**F**ratres:

<sup>3b</sup> **N**emo potest dicere: «Dóminus Iesus»,  
nisi in Spíritu Sancto.

<sup>4</sup> Divisiónes vero gratiárum sunt,  
idem autem Spíritus;

<sup>5</sup> et divisiónes ministratiónum sunt,  
idem autem Dóminus;

<sup>6</sup> et divisiónes operatiónum sunt,  
idem vero Deus,  
qui operátur ómnia in ómnibus.

<sup>7</sup> Unicuique autem datur manifestátio Spíritus  
ad utilitátem.

[8-11]

<sup>12</sup> Sicut enim corpus unum est  
et membra habet multa,  
ómnia autem membra córporis,  
cum sint multa,  
unum corpus sunt,  
ita et Christus;

<sup>13</sup> étenim in uno Spíritu  
omnes nos in unum corpus baptizáti sumus,  
sive Iudæi sive Græci  
sive servi sive líberi,  
et omnes unum Spíritum potáti sumus.

Verbum Dómini.